

mus tam posteris quam presentibus vniuersis. Quod nos dilectum in christo filium dominum thorirum presentis exhibitorum in ecclesiam in vlærwi ex consensu & beneuolencia rectoris eiusdem ecclesie ac parrochianorum ibidem pro perpetuo vicario instituimus protestantes quod in presencia nostra ac multorum discretorum infrascriptorum inter rectorem memorate ecclesie & ipsum dominum thorirum tale pactum intercessit videlicet quod rectori sepefato Sedecim marchas denariorum Racione pensionis & trium noccium procuracionem in hyeme & totidem in estate predictus dominus thorirus in anno quolibet soluere teneatur Procuracionibus eciam episcopi ac alijs oneribus expensis eidem domino thoriro reseruatis In cuius testimonium presentes litteras fecimus fieri & sigillo nostro roborari Testes autem qui huic ordinacioni interfuerunt sunt hij videlicet dominus thorgillus de ludosia dominus gummundus de torsøø jngemarum & azcerus de eklundum cum alijs quam plurimis fidedignis Datum sparløso anno domini M<sup>o</sup>CCXCIII In die beati briccij episcopi.

1101.

1293 d. 14 Dec.

Arem.

Biskopen YSARS i Strengnäs skyddsbref för Wärfruberga kloster och befrielse från alla Biskops utlagor, utom Biskops Ensak.

A. 3. k.

Omnibus presentes litteras inspecturis. YSARUS dei gracia Episcopus strengnensis. salutem in domino sempiternam. Notum vobis facimus per presentes quod nos dilectas in christo filias dominam abbatissam & conuentum de monte sancte marie recipimus sub nostram & ecclesie nostre protectionem ac tutele gratiam specialem. dantes bona earundem cum villicis familijs & colonis qui terram earum solummodo excolunt a causis nostris Episcopalibus illis dumtaxat exceptis que dicuntur Ensac libera penitus & exempta. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum arem anno domini. M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>. nonagesimo tercio. XIX kalendas Januarij.

Ett stycke af sigillet qvar på den ur brefvet klippta remsan.

1102.

1294 d. 20 Jan.

Jassungi.

Biskopen BRYNOLFS i Skara, såsom Exsecutor af Caniken Nils Oddolfs sons testamente, gifna qvitto å 300 mark uppburna af Upsala Dom-Capitel.

A. 3. a. 4. 11.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, BRYNIULFVS dei gracia scarensis Episcopus, Salutem jn domino sempiternam, Tenore presencium vestre notum

facimus vniuersitati, Quod recognoscimus & confitemur nos habuisse et recepisse, ac nobis i[n]tegre datas, solutas, ac numeratas fuisse, nomine Magistri Nicholai oddulphi, quondam Canonici scarensis, Cuius testamenti exequutores sumus, prout ex tenore ipsius testamenti apparet, ex parte capituli & Ecclesie wpsalensis, trescentas marchas denariorum vsualis monete nostre, Quas quidem .CCC. marchas, Dictum Capitulum wpsalense dare seu soluere tenebatur, predicto magistro .N. oddulphi, Racione cuiusdam transactionis, sev amicabilis composicionis, facte sev i[n]ite, i[n]ter dictum Capitulum wpsalense, ex vna parte, & prefatum magistrum .N. oddulphi ex altera occasione quorundam, bonorum, que jdem magister .N. oddulphi, ad se spectare dicebat, iure hereditario per mortem fratris sui Domini Johannis olim archydyaconi wpsalensis, Licet eadem bona Ecclesie wpsalensi contulisse dicebatur, jn sua vltima voluntate, facientes propterea Dicto Capitulo wpsalensi exequutorio nomine, & nostro, ac successorum nostrorum, de consensu tocius capituli nostri, & Ecclesie nostre, necnon & nomine heredum predicti magistri .N. ac omnium & singulorum, quorum i[n]terest, vel i[n]teresse poterit, prelibate pecunie quantitatem petere vel exigere, a capitulo memorato, finem, refutationem & pactum ac quitacionem specialem de vltius non petendo, & absoluentes, dictum Capitulum, & Ecclesiam wpsalensem, specialiter de debito sev obligacione predictarum .CCC. Marcharum, quas jdem capitulum dicto magistro .N. racione premissa soluere tenebatur, & de omni jure & actione, ac de omnibus ac singulis, ad que dictum Capitulum wpsalense, sepredicto magistro .N. oddulphi, aut heredibus suis, sev nobis aut ecclesie nostre hactenus tenebatur seu teneri poterat nomine & occasione quantitatis pecunie, vel transactionis, aut promissionis, sev obligacionis antedictae, & Recipientes jnsuper jn nos, successores nostros, & Ecclesiam nostram scarensis, omnes expensas, dampna, & i[n]teresse, que vel quas, dictum capitulum, per nos aut ecclesiam nostram, jncurrerit vel jncurrere poterit, racione dicte transactionis non seruate, sev occasione quantitatis pecunie memorate nobis, nomine dicti Magistri .N. jntegraliter jam solute, & Renunciantes jn hoc pupplice & expresse, nostro, successorum nostrorum, & Ecclesie nostre nomine, omni auxilio iuris Canonici & ciuilibus priuilegio fori beneficio restitutionis jnjntegrum, condicione doli jndebiti, & sine causa, appellacionis remedio litteris apostolicis jnpetratis, seu jnpetrandis, legi dicenti generalem renunciacionem non valere, exceptioni non date, non recepte, non numerate pecunie, & exceptioni, quod dicte pecunie quantitas, non fuerit nobis jntegraliter persoluta, & omnibus alijs quibuscumque exceptionibus per quas nos successores nostros, & Ecclesiam nostram skarensis possemus jnposterum contra predictum Capitulum, racione dictarum, CCC, Marcharum, solucionis, conuencionis, trans-

actionis, sev compositionis amicabile, nos tueri, Promittentes eciam nostro, successorum nostrorum & Ecclesie nostre nomine, nec & nomine heredum sepedicti magistri .N. oddulphi, stipulacione sollempni, Reuerendo viro magistro andree preposito wpsalensi procuratorj capituli & Ecclesie wpsalensis, transactionem, solucionem, & quitacionem, predictas, & omnia ac singula suprascripta, rata & firma, jnuiolabiliter habere & tenere, & non contra *facere* vel venire, aliqua racione vel causa, de jure vel de facto, Jn cuius rei testimonium, de nostra certa sciencia, & mandato speciali, sigillum nostrum, presentibus est appensum. Eciam nos capitulum eiusdem ecclesie skarensis, transactionem, compositionem & solucionem predictas ratas habemus & ex certa sciencia, jn signum approbacionis, presens scriptum, sigillo nostro, vna cum sigillo Domini Episcopi munimus. Datum Jassungi, Anno Domini M<sup>o</sup>,CC<sup>o</sup>,XC quarto, Jn die beatorum martirum, fabiani & sebastiani.

Sigillen: No 1 bortfallet, 2 andeligt.

1103.

1294 d. 10 April.

Frödawi.

JACOB, Bengt Bossons småsvens testamentariska anordning af sin qvarlätenskap.

A. 4.

Jn nomine patris & filij et spiritus sancti, amen, Ego, JACOBUS, puer domini Benedicti, boson, ad vniuersorum deduco noticiam per jnspeccionem presencium, quod meum Jn hunc modum facio & ordino testamentum Primo, confero fratribus predicatoribus sictionie apud quos eligo sepulturam, si voluerint corpus meum deferre, & apud se sepelire, equm meum brunan, qui stat kraxta jn curia domini, b, boson & quinque marchas den., pro quorum solucione deputo partem anone mee que est in løstum, videlicet duo talenta cum dimidio, Jtem fratribus minoribus vpsalie vnam Marcham den., Jtem ad edificium ecclesie vpsalensis vnam marcham, hospitali Enicopie vnam Marcham, pro solucione istarum trium Marcharum deputo partem anone mee que reposita est jn løstum, videlicet vnum talentum cum dimidio, Jtem domino styrgero, sacerdoti de funboa herethj, vnam Marcham den., ad huius solucionem deputo precium vnus Mantelli quod mihi fuerat inpignorum pro decem orarum, den., & habet illud hølma que manet juxta curiam godhicu scalla sictionie, quod autem ei commiserim predictum pallium testis est johannes dictus girs, due vero ore de predicto precio dentur pauperibus, jtem lego ecclesie beati olauj sictionie vnam Marcham den., vt ibidem fiat aliquid ad honorem sancti olauj & ad soluendum predictam Marcham, assigno fibulam meam argenteam quam habet jagifrid, villica jn frødauj, jtem confero ketillo clohamær & vxorj sue cecilie jn vpsalia, vnam culci-